consentire dignaremur, quandoquidem id ei sine con-
sensu nostro facere nō licebat. Nos vero etsi non ni
tempore consensus nō ab eo requisitus fuit, ipsoq́
facto summam pecuniariam in ea ipsa advocacia in-
scriptam, ex præscripto legum Regni nri amittere de-
buit. Addueti nihilominus supplicationibus præfati
pro parte ipsius notarii ad nos factis: Ipsi in eam ipsa
reformationem vsque suo factam consentiendum duxi-
mus, ita vt consentimus præsentibus, atq́ eam robur de-
bita firmitatis habere decernimus, non aliter ac si
a principio ad eam rem consensus noster acces-
sisset, quatenus tamen citra augmentum et excessu
summe originalis facta sit. Que quidem bona su-
prema expressa cum omnibus attinenciis præfati
quondam Martini Holmiczki vxor secundum eandem
inscriptionem reformationis tenebit, et possidebit co
omni iure, et dominio, eisq́ vtifruetur secundum
literas originales, donec illi vel successoribus
ipsius summa pecunie hoc nomine inscripta nu-
merata et soluta fuerit. In cuius rei etc: Datum Vilne
feria secunda post festum sanctorum trium Regum pro
xima Anno domini Millesimo quingentesimo, Vi-
gesimo quinto, Regni vero nri anno Vigesimo
quinto

tio

omnibus omnes supra

Admissio G: Martino Chelmiczki sume da certa svma sv-per bona Regia advocacia po-brzinen et villa Vierzbmicza a G: Alberto kriski.

Sigismundus Augustus etc:

Significamus etc: Quod cum generosus Martinus Chelmiczki notarius terre Pobrzutensis vellet accipere certam summam pecunie super bona nra Regia advocacia Pobrzutensem, et villam Vierzbmicza ad eandem pertinentem, idq; absq; nostro nullo modo facere potuisset, supplicauit nobis vt ei eam rem nostram gratiam preberi dignaremur. Nos itaq; supplicationi eius annuentes, ad intercessionem generosi Ioannis Chelmiczki fratris sui germani pro eo apud nos factam: Admisimus eidem summam pecunie super eisdem bonis apd generosum Albertum Criski successorem Pobrzutensem et capitaneum Pobrzutensem accipere, citra tamen preiudicium et excessum summe originalis. Ita quid bona ipse generosus Albertus Criski sic vt premittitur obligata cum omnibus attinentiis tenebit, habebit, et possidebit cum omni iure et dominio, eisq; vtetur donec illi vel successoribus illius summa

pcennia hoc nomine ei ino cepta numerata, et soluta fu:
erit. Incebus meis salvis ibidem manentibus Hard etc:
Datum Vilna die et anno quibus supra.

Rdo eumo supra

Cessio de jure super advocaciam villae Dierzkoviczе habito per Magcum palatinum Sendomirien nobili Mathia Gradzki

Sigismundus Augustus etc:
Significamus etc: Lecuisse à nobis Magco Stanislaum
emilem in Thenzyn palatinum Sendomirien sem, et
Lublinensem Belzensemq capitaneum, vt posset in
suo quod habet supra advocaciam in villa nra Dzier-
koviczе nuncupatum nobili Mathiae Gradzki secretario suo
edere, et nos eumdem in illum transfundere, quod nos
pro nra in illum gratia, qua illum complectimur
facimus non gravatim, facimusq literis hisce nris
dantes illi plenam, et omnimodam facultatem quate
cumq voluerit nos eumdem praenominatum ad advoca-
ciam Dzierzkoviensem habitum in ipsum Mathiam
Gradzki transfundendi, quod nos equè ratum, gra-

tum, et frenum habituri forent ac si illi à nobis
ipsis datum et concessum fuisset. Jmobus tamen
nobis ibidem salvis. Jnsuper ad intercessionem
ipsius M^ci Stanislai Comitis in Tenczin: prae-
nominatum Matthiam Granski secretorem omni
ni possessione pacifica, enim eam nactus fuerit, et usu
fructu libero eiusdem advocacie ni Drzewczowice con-
tenta, et [illegible] dictum
et relinquimus praedictas literas meas ad vitam
suis extremis [illegible]
quo pro nobis et [illegible] successoribus nostris
nemini nos nec successores nostros advocatiam prae-
dictam ab ipso nobis [illegible]
missuros, sed neq; nos, nec successores nostros ad fisca-
lem aliquam, vel aliam quamcunq; nostrum et
reipublicae nostrae et necessitatem redempturos. Verum
illam advocacia superius recepta quiete vti fruique
debuerit permissuros. Si quid autem post data
praesentium ni contraverim capiam à nobis datum
aut concessum fuerit illud praesentibus tollimus
cassamus et abrogamus, nullumq; roboris futurum
pronunciamus. Post mortem vero ipsius Matthiae
Granski, omni eius successoribus summa in ea
ipsa advocacia literis originalibus inscripta nume-
rata et soluta fuerit, illius possessio ad nos, et nostros
successores redibit et devolvetur pleno iure, Jmobus

meis salvis ibidem manentibus. In cuius rei fidē
et testimonium sigillum meum presentibus est appen-
sum. Datum Vilne sabbato in vigilia Epiphanie
Domini Anno eiusdem M°. d°. L°. v°. Regni XXv°

R^tio cuius supra

Donatio perpetua oppi di Grebow et villarum ad illud pertinencium Gl: Sta mislao Liemazek

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum in rebus humanis nihil sit firmum et stabile, sed fluxa et caduca omnia. Solent Reges et principes gestorum memoriam velunt esse perpetuam, ea literis co mendare, et presertim cum de se benemeritos mistis ornaverint premijs, vt et eorum liberalitatis et munificentiæ extet testimonium, et cæteri ad bene merendu de eis excitentur, quamobrem cum Generosus Stanislaus Liemazek de Iranowize antiens noster bene de nobis merendi finem nullum faciat, dignum putauimus, vt nostra vicissim in se gratiæ testimonium experiatur. Quamobrem de certa sciencia et speciali gratia nostra &c.

natorum nostrorum nobis presentium ex preces ad id
accedente consensu, pie et eius successoribus sexus v:
trimq; bona nra Regia, quae à nobis inec fendi successa
habuit, videlicet oppidum Grebow, ac villas ad illud pertinentes scilicet superiorem et inferiorem Biala, Szolkowa,
Grodek, Kmiatowa, Belzerowa, et Bogusowa, cum omnibus
tam ad oppidum, quam ad villas praefatas pertinentibus,
simul et cum iurepatronatus Ecclesiae parochialis eiusd
oppidi, tum et stationem quae nobis ex eisdem bonis pendeb:
tur, ac alijs omnibus, et singulis eorum pertinentibus, et
utilitatibus nullis exceptis aut pro nobis reservatis, danda
donanda, et conferenda duximus, damusq; donamus et
conferimus praesentibus huius tituli vera, pura, nota,
et irrevocabili donatione in nos hereditarium perpetuis
temporibus durature. Cui oppido nostro Stanislaw
Lemiazek, et eius successores sexus utriusq; oppidum praedictum Grebow cum iurepatronatus, et aliis omnibus ad
illud pertinentibus, ac villis ad illud spectantibus superius expressis, eorumq; earum fundis, praedijs, cuneis, agris
cultis et incultis, pratis, sylvis, campis, boscis nemoribus, fluvijs, fluminibus, stagnis, piscinis, et earum
decimationibus, molendinis, et eorum emolumentis, lacubus,
viridibus paludibus, cimbus, advocatis, sculteciis, kmethonibus, hortulanis, advocaciis, sculteciis, censibus, laboribus, angariis, stationibus, pensionibus, solutionibus
et generaliter cum omnibus fructibus, proventibus, et
reddibus quicumq; in eisdem bonis nunc sunt, et in posterum
humana industria excogitari poterunt, generalitatem

sub specialitate, et specialitatem sub generalitate exc:
cludendo, ita late, longe, et circumferencialiter prout
oppidum, et villa preafata in suis metis, et limitibus
ano-stunt, et ab aliis villis, et fundis vicinis, suis
nive scripto, et expresso, suis antiqua et diutina con:
suetudine sunt distincta et dislimitata, tenendas, ha:
ben, vtifruen pacifice et quiete nive hereditario tem:
portus perpetuis possiden, dan, donan, venden, com:
mutan, et ni eos quos illi et suis successoribus vide:
bitur vous libere remitten, nostro nec successorum no:
strorum ad id consensu requisito. Nihil nobis nisi
dominij, et proprietatis ad ea ipsa bona superius ex:
pressa reservando, sed totum ni ipsum Jacobum Ste:
phanum Lisnazek, et suis successores sepius vtenig
transferendo, et transfundendo perpetue, et ni sum:
Expeditione tantum bellica pro nobis et Republica sal:
va manente. In cuius rei fidem et testimonium ma:
nu nra presentibus subscripsimus etc: Datum Vil:
ne sabbato ante festum Epyphaniarum domini pro:
xime Anno domini M°. CCCC°. L°. v°. Regni vero nri
anno xxv°. Presentibus generosis R^do et venera:
bilibus. Floriano Zebrzidowski Lublinensi. Burgra:
bio Cracouiensi, et aulicorum nrorum preafecto. Gabrie:
Tarlo Radomiensi. et R^ma domina coniugis nre cancel:
magro, et Radomiens. capitaneo. Fabiano Ozema Ce:
damensi, et capitaneo Tucholiens. castellanis Joanne
de Lzerany Regni nri vicecancellario, ac Cra:
miensi, et sancti Floriani in Kliparz preposito. Ni:
olao Trzebochowski subdenli nri preafecto burgrabio

Cracouiensi, et Bezestensi, Lubliniensique capitaneo, Stanislao Miskowski de Mirow tribuno Cracouiensi, Stephano mensa mea, et Marienburgensi capitaneo, Alberto Cristi succamerario Elocensi, et capitaneo Dobriensi, Petro Andreiewski Varschouiensi, et referendario Pomeraniensi, Joanne Skaschewski Lublinensi canonicis secretariis meis, et aliis quam plurimis fide dignis circa premissa existentibus, datum per manus prefati Dñi Joannis Lassocensky R. P. Vicecancellarii et Cracouiensis prepositi dilecti nobis dilecti:

Sigismundus Augustus Rex mpp

Facultas aduehendæ cerevisiæ omnis generis mansionariis Ecclesiæ tituli s. Michaellis, Lublinensis data.

1566.

Sigismundus Augustus etc:

Significamus etc: quod nos ad intercessionem prouendam uenerabilium nostrorum, pro honorabilibus mansionariis Ecclesiæ tituli s. Michaellis Lublinensis ad nos diligenter factam: dedimus eis facultatem, damusq́ hisce literis nostris, vt eis liberum sit cerevisiam omnis generis ad vsum tantummodo suum proprium aduehere, aduectamq́ in domum suam deponere sine

vectigalis cuiuscunq; et exaccionis mee, et Reipublice in posterum quouis modo laudande solutione, cuic etiam alicuius contradictione, et impedimento, quam nostream concessionem vel quorum interest denunciamus, et mandamus, ne predictos mansionarios in adnexenda pro rsu sive rerenbia quacunq; impediant, aut aliquod negotium eis exhibeant verum eos hac mea concessione temporibus perpetuis liberi uti faciantur. In cuius rei fidem et testimonium manu mea propria subscripsimus etc: datum Vilne feria quarta infestum dive Magdalene. Anno domini M°. c°. L°. V°. Regni vero mei xxv°.

Sigismundus Augustus Rex M[anu]

Donatio ad vitam exaccionis foralium septimanalium Generoso Ada oziesski in villa opathkovicze

Sigismundus Augustus etc:

Significamus etc: Adductos nos esse precibus et meritis quos. Ada oziesski ut eccamerarej Sandomiriens. vt illi foralia, seu exaccionem ex foro septimanali Ville Opathkovicze abbatis et conventus Tynecensis, nobis provenientem, quam quidam Joannes Tassicki notarius

terrestris Cracouiensis à nobis datam, et concessam habuit dare, et concedere dignaremur, vti quidem damus et concedimus literis hisce meis ad vitæ eius extrema tempora. Per ipsum quoq; Adamum Ozieski exactionem foralem præfatam tenendam, habendam exigendam, et percipiendam, ac in vsus suos beneplacitos conuertendam ad vitæ ipsius extrema tempora. Permittimus autem verbo meo Regio pro nobis et Successoribus meis, quod eum in vsu eiusdem exactionis ad vitam ipsius conseruabimus neq; eam illi quoquomodo de causa, et necessitate tam mea, quam Reipublicæ adimemus, nec eiquam adimere permittemus. Harum testimonio literarum etc: Datum in venationibus meis Berstenicibus xiiii. die mensis Januarii Anno M°. d°. L°. v°.

Nobilis Octavianus Gurci omnium bonorum tam suorum quam fratris sui in septentrionalibus Magni palatinatu Sendomiriensi constituit administratore.

Sigismundus Augustus etc: Significamus etc: Quod constitutus personaliter coram nobis nobilis Octavianus Gurci de Vezirow heres filius quondam olim Caroli Gurci Zuppani terrarum

nostrarum Russiæ, habens annos legitimæ ætatis sibi per
nos adiudicatos, publice, et liberæ uno, et nobilis Reinero
fratres sui minoris nomine tamq; fratre natu maiore
et tutore illius veram nobis recognovit, quod ipse pro-
videre volens, ne dum ille in exteras regiones no-
strum, et nigenij excolendi causa proficisceretur, ipse et
frater illius, bonorum suorum nobilium et immo-
bilium post mortem quos. olim Caroli quoq; patris
et quoda Anna matris, ac affinium eorum ad eos
legitime devolutorum, detrimentum aliquod capiant,
præfectorum bonorum omnium administratorem Ma-
gcum Stanislaum comitem de Tenczin palatinum Sen-
domiriensem, et Lublinensem. Belzensemq; capitaneum
constituit, eumq; ipsorum bonorum ad septem annos
cum decreto ips. omnisit, dans illi plenam, et
omnimodam facultatem bona tam sua quam fratris
sui omnia administrandi, rationem tutelæ a tutoribus
eorum quorum sua bona post mortem patris eorum
per nos omissa fuerant exigendi, debita omnia
per quoscunq; debitores patri aut matri, ac affinibus
eorum retenta recipiendi de eisq; quietandi, et omnia
legitimi tutoris et administratoris officia exercendi
usq; ad septem annorum exactum. Promittens
suo et fratris sui nomine, quod quicquid per ipsum
Magcum Stanislaum comitem de Tenczyn &c. tam in
administratione bonorum eorum omnium, ac etiam in
negotio finium constituendorum, quam in aliis rebus
suis officio incumbentibus actum, factum, transactu

et constitutum fuerit se cum fratre suo pro ratho et
grato accepturum, et obseruaturum, non aliter ac si ipse
met presens adesset, omniaq; per se ageret, ac tractaret,
quam quidem recognitionem nos ratham, et gratam ha-
bentes, eam approbandam, et confirmandam duximus.
approbamusq; et confirmamus praesentibus, robur-
debitum habere decernimus. In cuius rei fidem &c:
Datum in Venationibus vrcis Berestensibus xvja
die Januarii Anno domini M°. C°. V°. Regni xxv°.

Subiudicatus terrestris Sa-

nocensis gruoo Venceslao Lobichinski est datus. Litera
in forma Cancellarie solita extradita in Berestie xvija
Januarii Anno M°. C°. V°.

Scolariatus terra sanocensis

Gruoo Hieronimo Lesczinski datus. Litera in forma Can:
cellarie solita extradita eodem tempore quo supra.

Conseruacio ad vitam in officio
coquin salis. A: Hierom kopinski

Sigismundus Augustus etc:
Significamus etc: quod nos ad quorundam nostrorum
nostrorumq; intercessionem pro nobili Hieronimo kopinski

coctore salis ni Zuppis nostris Vielicensibus ad nos
fectam, ipsum in possessione eiusdem coctmee salis of:
ficij conseruandum, et relinquendum duximus, vnsere:
nanmosq; et relinquimus presentibus literis nostris
ad vite eius extreema tempora Remittentes verbo
nostro Regio pro nobis et SERmis successoribus no:
stris, neminj nos nec successores nostros officium pre:
fatum ipsi adimere permissuros, sed neq; nos ipsos
nec successores nostros vlla de causa adempturos. Verum
illum in eodem officio quam diu vinet conseruaturos
Harum quibus sigillum nrum est appensum testi:
monio literarum. Datum in Berestb Vto Januarij
Anno domini M° D° L° v° Regni vero nri XXV°

Ad Rio
Venerabilis Joannis
Lr Zerembski R. L.
Vice cancellarij et Cust.
Cracph

Conservatio ad vitam in pos:sessione villa Czarnawicza G: Nicolai kuropathwa.

Sigismundus Augustus etc:
Significamus etc: quod nos ad quorundam nos:
trorum nostrorum intercessionem pro gnoso Nicolao
kuropathwa ad nos fectam: ipsum in presentem libe:
et possessione pacifica villa nre dicte Czarnawicza
in terra Halicien: sitta quam in certa pecunie

summa obligatam obtinet conservandum, et relinquendum
duximus, conservamus, et relinquimus presentibus
litteris ad vite eius extrema tempora. Prohibentes
verbo nostro Regio pro nobis et hered nris successoribus
nris, neminj nos nec successores nros vllam preiudictam hereditatem extraneam redimere permittemus.
Sed neq nos ipsos nec successores nostros ad fissuram
mensam, equinam, aut alium quemcunq nostrum et
reipublice usum et necessitatem redemptores. Verum
illam villa predictam, omnibusq ad eam pertinentibus
quiete vtifrui quam diu vixerit permittemus. Post
mortem autem ipsius Nicolai Kuropathwa, cum eius
successoribus summa ni ea ipsa villa hereditaria impignorata, immutata et soluta fuerit, illius possessio ad nos
et nros successores redibit et devolvetur pleno iure.
Fidelibus nris salvis ibidem manentibus. In cuius rei
fidem etc: datum in Brzesczi die conversionis S
Pauli Apli Anno domini M°. C°. L°. V°. Regni nri XXV°.

Consensus cum adunitalitate super capitaneatum Zidaczo-viensem G: Nicolao Ligeza dat.

Sigismundus Augustus etc:
Significamus etc: quod nos gratiam nram in gubernio
Nicolaum Ligeza de Brzesk antienum nem, propter ipsius

in nos meritа testatam facere volentes: consentiendum,
et admittendum illi duximus, consentimusq; et admitti-
mus literis hisce nris, vt possit et valeat capitaneatum
nostrum Zidazomiensem cum oppido et villis, ac vibus
ad illum pertinentibus, de manibus Gnosi Nicolai
de Lamion capitanei nri Zidazomiensis, ac vxoris,
et liberorum eiusdem, omniumq; aliorum nis, et
interesse aliquod ad ea ipsa bona nra habere se pretan-
entium, quorum nomina, et agnomina hic haberi volu-
mus pro expressis, summa pecuniarum ni eisdem
bonis inste et legitime inscripta redimere, citra tamen
illius augmentum, et excessum. quem quidem capita-
neatum Zidazomiensem ipse Gnosus Nicolaus Ligeza
postea quam illum redemerit cum oppido, villis, ombus
ad eum antiquitus pertinentibus, pronentibusq; et vti-
litatibus illius vniuersis, ita vt hactenus est possessor, tenuit
tenebit habebit, et possidebit vsq; ad plenam et integram
summa nis scripta, et in redemptione expedita persolu-
tionem. Volentes autem nros gratia nra in ipsum
Gnosum Nicolaum Ligeza extare testimonium: ipsum
in possessionem pacifica et vsufructu libero eiusdem ca-
pitaneatus Zidazomiensis omniumq; ad illum pertine-
tium conservandum et relinquendum duximus, con-
servamusq; et relinquimus quatenus sibi ad vitae
eius extrema tempora. Committentes verbo nro
Regio pro nobis et Rmis successoribus nris, nemi
nos nec successores nros capitaneatum praedictum
Zidazomiensem ab ipso Gnoso Nicolao Ligeza redimere

permissmeos. sed neq̃ nos ipsos neq̃ successores nros ad
fissemus, mensam, equitatum, aut alium quemcumq̃ mem
et Reipublice usum, et necessitatem redemptmeos. Verum
illum capitaneatu predicto quiete vtifrui quam diu vixe-
rit permissmeos, Mortuo vero ipso quodo Nicolao Ligeza
cum successoribus illius omnia ut eo ipso capitaneatu
Videzemiens. inscripta soluta, et numerata fuerit, illius
possessio ad nos et nros successores redibit, et devolvet
pleno iure. Juribus nris salvis ibidem manentibus.
In cuius rei fidem etc: Datum in Berestij vpco die
conversionis s Pauli apostoli. Anno dno supra.

P. eiusdem cancellarius

Consensus generalis redimendi omnia bona ad oppidũ Budzi-sewice, et ad villas infrascriptas pertinentia Gl. Jacobo et Andreæ Drzewickim fratribus germanis dat.

Sigismundus Augustus etc:

Significamus etc; quod nos bona nra Regia ni fruc-
tibus, et proventibus augere volentes: Mandamus
atq̃ vmmittimus quosdã Jacobo et Andreæ de Drzewicz-kim
fratribus germanis in bonis nris Regiis tenuta ipsorũ
videlicet oppido Budzisewice et villa Regni ni Rawen.

et Unbocdina, Kiez, Bobcovica et Zawada villis ni Ten:
ciciens. terris vnbistentibus, omnes advocacias scultecias
tabernas molendina, et alia quamo bona mea de manibus
omnium, et singulorum eorundem bonorum temtacionem
peccuniis meis propriis pro mensa mea Regia in Cracis
peccuniam, ni eis bonis huis originalibus mis exiptarem
aut ex mista taxatione preoneientium redimere, atqz ad
predia mea eorundem bonorum adiungere, et vnmeti:
re, extra tamen Cracoviam ni eis bonis mis exiptarem
augmentum, et excessum. Qua quidem bona ita redem:
pta, et ad predia mea adiuncta, ipsi quoi: Jacobus et
Andreas de Zeviz tenebunt, habebunt, et possidebunt
vsqz ad plenam, et integram Cracoviam per eos ni re:
demptione expositarum, persolutionem, Nec prefis illis
nobis vel nris successoribus cedere tenebuntur, quam
illis summa predicta simul cum omnibus capitalibus
quas ni bonis oppido scilicet et villis preadnominatis
mis exiptas habent, persoluta fuerint, Quo facto eo:d
bonorum possessio ad nos et nros successores redibit
et devolvetur pleno iure. Fidelibus nris Cracis ibidem
manentibus fn omnis rei fidem et testimonium si:
gillum nrum presentibus est appensum. Datum in
Bereschti die vndecimo Sancti Lanti Anno dni
Millesimo quingentesimo, quinquagesimo quinto. Re:
gni vero nri anno Vigesimo quinto.

Ad mandatum
eiusdem domini supra

Cametur inri q: Jacobi et An-
drea p[ri]ewickich ocasione exē-
ciōnis bonorū Regaliū eorundē
quorum et supra.

Sigismundus Augustus etc:
Significamus etc: quod cum commissemus Ludo-
Jacobo et Andreae de Rewiczkim fratribus germanis in
bonis nris Regiis tenutae episcopum videlicet oppido Buch-
bobowicze et villa Regni in Kmeno, et Lubczynia
kiecsz Bobrowicz, et Zawada villis in Lenicieno: exe-
ris consistentibus, onus advocacias, scultecias tabe[r]-
nas, molendina, et alia quamis bona de manibus quorumcūq
eorundem bonorum tenutariorum in summis pecunia-
rum ni eis nisi exiptarum, aut ex nsta taxatione pro-
nentium redimere, atq; ad praedia nra eorundem bo-
norum nostrorum attingere. Quia bona promiam pecu-
nia ona propria redempturi sunt, canendum et pro-
spiciendum illis de eo duximus, omnemq; hus brem
quod bona per eos redempta nemini ab eis redimere
re permittemus, neq; nos ipsi pro nrona, filiorum
et alia praemq; nra, et rei publicae necessitate redime-
mus. Verum eos in possessione pacifica, et usufructu
libero eorundem conservabimus. Post eorum vero nece
tem omni successoribus ipsorum summa per eos in re-

demptione bonorum expoc̃ta persoluta fuerint, tum de
mum eorum possessio ad nos, et nros successores redi-
bit, et devolutum plene iure. Juribus nris salvis in
omnibus. Datum in Berestij die commissionis s:
Lauli, anno domini M.o C.o L.o V.o Regni nri XV.o

Consensus super oppidum opoczno c̃noso Vincencio de Lzeramb dapifero sẽ radiẽ si datus

Sigismundus Augustus etc:
Significamus etc: quod nos gratiam nostram in
omnem Vincencium de Lzeramb dapiferum sẽ radi-
em testatam facere volentes, consentiendum, ab
admittendum illi duximus, vt possit redimere bona nra
Regia, oppidum Opoczno, cum omnibus ad illud per-
tinentibus, de manibus successorum quon. olim
Stanislai de Sprowa capitanei Opocznensis, et secre-
tarij nri, et Mag.ce Anne de Laske relicte olim e-
iusdem quon. Stanislai de Sprowa, nunc vero vxoris
Mag.ci Andree de Kostzielicz palatini Lencicziensis
et Bidgostiensis capitanei, ac aliorum omnium ius et
ne[illegible] aliquod ad ea ipsa bona vel summas in eis

inscriptas habere et pertanenum, quorum nomina, et o-
gnomina hic haberi volumus pro expressis, ita ut consen-
timus plenamq; et omnimodam potestatem damus prentibus
literis nostris, citra tamen augmentum et excessum sum-
marum in eis pois bonis iuste et legitime per predecesso-
res meos inscriptarum. Et ipsum Onofrium Vincencium
de Lezeranis bona mea praefata, oppidum Oporno cum o-
mnibus ad illud pertinentibus, pertinentibusq; et utilita-
tibus eorum universis ita ut hactenus tenta et possessa
sunt tenenda, habenda, et pacifice ac quiete possidenda
usq; ad plenam et integram summa ni eis pois bonis
inscripta et per eum ni redemptione exposita per nos
vel nostros successores persolutionem, quo facto bona
praenominata ad nos et nuos successores redibunt et
devolventur plene imee. Juribus nris salvis ibidem ma-
nentibus. In cuius rei fidem et testimonium sigillum
nostrum praesentibus est appensum. Datum Vilne

Constitutio per Gnosum ca: Stellanū Gostinen liberis suis certorum tutorum.

Sigismundus Augustus etc: significamus etc: quia no:

parens coram nobis personaliter quibus Nicolaus Radzie-
jowski castellanus Costrinensis thelonearum nostrarum aquali-
arum praefectus palam recognovit, quia quoniam Serenissi-
mus admodum valetudine premi, brevi nobis esse eun-
dum, quibus tota mortalitas fluctuat: cupiens itaq;
liberos bonaq; sua quaecunq; mobilia et immobilia à se
possessa, ac quocunq; titulo habita sub debita provisione
colligerez, et expeditati liberorum suorum, uti par est
prospicere: eisdem liberis, ac bonis suis omnibus in
tutores atq; curatores legitimos fecit constituit, elegit
ac solenniter ordinavit. videlicet ac quidem Jo-
annem Dzialinski palatinum Posnaniae affinem suum
Letum Okm castellanum Cracoviensem, capitaneiq;
Kamensem, et Radomiensem, Albertum Ciński suum
nuncupatum Cracoviensem, Sobieniensemq; capitaneum Secre-
tum meum, Andream Dzialinski suum nuncupatum
Gnesnensem suum item affinem, Nicolaum Trzebo-
gowski de Rosk suum nuncupatum Przemisliensem:
Quos in patronos ac defensores eiusdem tutelle liberor
ac bonorum suorum omnium idem quibus castellanus
Costrinensis elegit ac ordinavit, Magcos. R. ac quibus
Joannem Lubski palatinum Masovie. Joannem Ostro-
ski Regni Poloniae sui Cancellarium suum nuncupatum et
capitaneum Cracoviensem, tum Sandecensem, Olsti-
nensemq; capitaneum. Joannem Przerembski Vicecan-
cellarium Regni sui Cracoviensem atq; S Floriani in
Kliepacz praepositum, Nicolaum Miskowski castellanum

Woÿnicien̄sem Obrwązimien̄sem Radyeien̄sem, Miechouien̄sem
capitaneum. Valentinum Radarzinski castellanum Racro-
mien̄sem, Nicolaum Rzebogowski succamerarium nem bru-
grabium Cracouien̄sem brzestien̄sem Lichowien̄semq; mp̄i;
tauem, quorum gratiam atq; benemolentiam quam ego
ipsum sepius experiretur, tum in emendis, atq; defen-
dendis suorum liberorum fortunis, atq; bonis se exper-
turum omnino confideret: tutellam ipsam cum exime,
fratres et alios proximioribus suis ad quos de iure vel
consuetudine dominorum suorum pertinere posse vide-
retur. vigore presentium amouen̄, alienam, transfun-
dendoq; ipsam modo premisso in ipsos tutores à se electos
supranominatos tenore presentium mediam, damus, et
concedens ipsis tutoribus à se constitutis vna cum o-
ingena veluti prima tutrice quamdiu ipsa superstes
fuerit, in rebus moribus suis, pueros suos predictos
vsq; in etatem eorum legittimam, et annos discretionis
vna cum bonis suis omnibus tuendi fouendi gubernand
administrandi, ac alia omnia bonorum tutorum offi-
cia, et qua in premissis necessaria quomodolibet fuerit
faciendi gerendi, et exercendi damus, et faciens potestati
omnigi sua legitima tanquam proiori tutrici. donec
superstes fuerit, vna cum memoratis contutoribus.
post obitum vero ipsius ipsis tutoribus electis solis,
vt ne ipsis pueris antequam ipsorum quilibet annum
vigesimum quartum attigerit, bona in vsum, et dispo-
tionem eorum tradant. ita tamen vt interim eisdem atq;

corum singulis educationem bonam / sumptusq; ad studia liberalia sine ad seruicia iuxta bonorum quantitatem ac proventus suppeditent, tantisper donec ad annum vigesimum quartum eorum quilibet pervenerit. quo tempore ipsis omnia bona, cum ipsorum propria libere dimitti, atq; ni ipsorum propera dispositionem concedi debebunt: hoc tamen etiam adiecto, quod ipse Onobus Castellanus Costuciensis gnosam Frosinam à Dzâ: Lîn coniugem suam legitimam circa nis acceptionem seu reformationem admittalitatis ei à se sufficienter facta super rebus ac bonis suis omnibus mobilibus, et immobilibus hereditariis acquisitis conservatam esse omnino velit, conservetq; penitus. Ratterea quum à nobis supplicasset idem Onobus Castellanus Costiensis, vt obsequiorum eius nobis praestitorum ratione fabiam eidem ordinationi ipsius subscribere, qui istius modi defensioni liberorum ac bonorum suorum benigne praeesse ac eos in defensionem nostram speciale recipere nō dedignaremur: nos meritorum ipsius non immemores id non quantum fecimus factumq; nos recipimus, vt eosdem liberos ac bona ipsius patrocinio, ac defensioni nostra speciali protectui simus. In cuius rei testimonium sigillum nrum pendentibus est subimpressum.

Donatio imris Mag.ci palatini Podolie filio super villas Vsiel/ ne et Baczow per Mag.cum palatinum Trocensem.

Sigismundus Augustus etc:

Significamus etc: quod comparens coram Nobe nra Re/gia Mag.cus Nicolaus Radziwil palatinus Trocensis, ac Li/denis. Vasiliensis ac Brzesciensis capitaneus recedens à terris et dominiis suis propriis et se in ditionibus hu/nre qvoad presentem actum incorporando, palam pu/blice, et per expressum recognovit: q̃ ma omnes eius quodcunq̃ illi ad villas hereditarias Vsziene possessionatam, et Baczow desectam, omniaq̃ ad eas pertinentia in terra, et dominio Leopoliens. existentes ad presens competit, siue successu temporis competierit, quoscunq̃ Ni/colao Radziwil Mag.co comitis a Radziwil palatini Po/dolie ac Nesuiscensis ejusq̃ successores capitaneis fidei dedit donavit, ac perpetuavit inscripsit et resignavit da vt dat, donat, dedit, inscribit, et resignat presentibus. Ni/hil sibi successoribusq̃ suis in his dominys ac proprie/tatibus in eis ipsis bonis ad ea pertinentibus reservando, sed totum in omnem qvod ad presens ad eadem bona habet con in posterum habiturus est in prefatum Do/minum Nicolaum Radziwil ipsosq̃ successores in re

perpetua ac irrevocabilis donationis transferendo, et incor-
porando. Et eam ex nunc dat sibi in ea ipsa bona realem
et actualem possessionem per mistericalem illius terre
quemcunq; sibi eligerit ad intromittendum, etiam sine
alienius officij seu indicij additione. quamquidem reco-
gnitionem nos rabbam habentes, illam in omnibus
punctis, clausulis, et articulis approbandam, confirmandam, et ratificandam duximus, quemadmodum
approbamus, confirmamus et ratificamus presentibus
atq; eam robur debitae et perpetuae firmitatis habere
decernimus. In cuius rei testimonium sigillum no-
strum presentibus est appressum. Datum in Berchstt
feria secunda ante festum purificationis Marie pro-
xima Anno domini M° d° L° v° Regni vero nostri
anno xxv°

Expeditio literarum co-
mitialium Anno domini M°.
D° L° v°

Litera ad maiores consiliari-
os Regni.

Sigismundus Augustus etc: Magce

etc. Cognouit s: tua ex ÿs literis, quibus proximi illius de
Comitiorum tempore prorogando exquirebamus sententiam,
causas quibus adductꝰ, serenis de edicendo comentu Regni
maiores cogitationem susceperimus, quem iam tandem
Lietzkowa ad diem Lunæ post dominicam Conductus Lasta
edixemus. Regni autem, maiora Comitia comentus ni-
nor in Grodna ad diem Jouis post dominicam Oculi, et
generalis in Kolo ad diem martis post dominicam Lætæ
præcedet. Quod et aptissimum id temporis, cum matu-
ros edicti non potuerat, fore putauimus, et maiori parti
consiliariorum idem videri animaduertimus. Hortamur
itaq; s tuam, vt primum minori comentui intersit,
atq; det operam, vt quiete, et tranquille is agatur, nuncq;
vici ætate et ingenio graues ab ordine equestri legantur,
ac deinde ad generalem comentum Colensem proficiscan-
tur, atq; hoc præ officio Senatorio cum aliis consilia-
rijs et nuncijs ab ordine equestri agat, vt facilior ex-
pediorq; successus Comitiorum maiorum Regni esse
possit, in constituendis ÿs quæ ad salutem, et dignita-
tem Reipublicæ Regni pertinere videbuntur, qua maio-
ribus hoc tempore, quam alias vnquam exposita esse vi-
dentur periculis. Quibus s tua et aliorum Senatorum
consilijs ordinumq; Regni consensu occurrere quoad
nra fieri poterit vellemus. Nam cum summa ÿs
temporibus in Regno nro existit religionis, vitiumq;
dissensionis, qua et aperta impietate non vacat, et discor-
dia atq; odiorum inter ordines origo, et præcipua causa
est, rationem inire cogitamus, quemadmodum vacuata
te ista explosa priscus ille Sacrorum, religionisq; con-

sensus revocetur. Deinde quemadmodum omnes contro:
versiæ, quæ plurimæ in summa hominum licentia exor
tæ sunt, nitescat dum nos belli contra Moscum gerendi
causa evocati à Regno abesse necesse habebimus legit:
time accensatique cognosci, et sine nimia diremi pos:
sint, ne mis. id fiat, consarcum numerus in imen:
sum excrescat, et unaque tempestive absolvi possit, atq
homines ad maiorem licentiam ipsa impunitate il:
lecti delabantur, tum vt firmior aliqua et expedi:
tior belli gerendi, contra vim maiorem hostilem, et fi:
nium defendendorum, mutuendorumque ratio inesse
in animo habemus, idque præterea, quod Tyrcas iam
non Vngaros Regno nro finitimos esse, scytasq
et valachos illorum imperata facturos videamus. Et
quod insuper illos ipsos qui de Russia invadenda
cogitaze, publico multi exuvore, fecerbantur, nec dum
eam curam deposuisse, nimo mutue vel maxime id
agere, certo diiciimus. Sed et de auxiliis contra Mo:
scum Livonia ferendo Regni nri ordines a pri:
bus petetur, cogitationem suscipere debere arbitra:
mur, quod calamitas quidem si qua, quod absit, inci:
derit, ad eos solos, qui illa fuerint afflicti, Calami:
tatis autem acceptæ dedecus, et macula, non possit
non æque ad Polonos ac ad Livonos pertinere.
Quamobrem hortamur et tuam, vt de vis et alijs re:
bus ad confirmandam et stabiliendam Rempublicam
pertinentibus sua tua consultatura, ac labenti Reipub:
consilio suo succensura, ad diem designatum veniat,

neq̃ se à nobis expectari patiatur. Nos enim alijs omnibus relictis designatum per nos diem comunctus ut teneretur studebimus. Factum 8 tua pro debito officij sui et gra mea Datum Vilne die vij^a Februarij Anno domini M^o. D^o. L^o. v^o. Regni vero mei anno xxv^o

Ad mandatum Dñi Regis proprium

Ad minores consiliarios

Sigismundus Augustus etc.

Generose fidelis nobis dilecte. Postulantibus Reipub: Regni nri rationibus: Comentum Regni mauorem Lietzbrlomie ad diem Lme post dominicam Conductus Lasczo. duximus, quem comunctus particularis in Brzoda die Jouis post dominicam Oculi, et generalis in Kob die martis post dominicam Letare de more praecedet. Mandamus itaq̃ Tibi tua, vt ad vtrumq̃ illum particularem scilicet, et generalem comentum se conferat, et vt ibi placide ac decenter peragantur, munerq̃ prudentes, et spectate integritatis cum plena potestate ad Regni Comitia praefecturi à nobilitate deligantur det omnem operam. Ac deinde ad ipsa generalia Regni Comitia veniat nobiscum, et cum ceteris consiliarijs de Reipublica, Regnique nri rationibus consulturus. Veniet autem Tibi tua tempestiue, et ipsa nos expectabit potius

quam cc a nobis expectari paciatur. Factum pro officio
sno et gratia mea Datum Vilne die et anno quibus
supra

Ad mandatum Sac:
cre Mtis Ri: proprium

Ad capitaneos.

Sigismundus Augustus etc:

Magnifice fidelis nobis dilecte. Gravibus et arduis
causis adducti: Generalia Regni Comitia Lidbergonie
ad diem Lme post dominicam Conductus Lasciata ha
bere statuimus, qua comentus alij de more praece:
dent. Particularia quidem Lowiczensia et Calisien
palatinatuum in Szreda die Jouis post dominicam
oculi, Generalis vero in Kolo die martis post domini
cam Letare. Mandamus igitur F tue, vt hos ipsos
comentus et generalia Regni Comitia in ciuitatibus
et oppidis sua praefectura, die mundinarum seu fori, vt
moris est, voce praconis promulgari, et proclamari
curet. Mittimus etiam F tue literas, partim ec:
tis hominibus in Cancellaria nra inscriptas, parti
etiam sine inscriptione, vt has quidem praecipius ex no
bilitate, quos in praefectura sua nouerit, inscribi iubeat, et
tam eas quam illas alias, in quibus inscripta sunt
transmittat. Ipsa quoq; F tua tam particulari quam ge:

nerali conventibus supramemoratis interesit, et det operam cum ceteris vt mune[r] ad generalia Regni Comitia vite, et secundum statuta Regni, non contencios, verum graues et peritis verum ac Reipublice amantes eligantur cum plena et non limitata potestate de omnibus Regni rationibus nobiscum, et cum alijs regni senatoribus consultaturi. Factum[a] F tua pro officio suo et gratia mea. Datum vil: ne die et anno quibus supra

Ad mandatum sacre
M: Regie propriam

Ad capitaneos qui homicidas detulerunt.

Sigismundus Augustus etc:

Nerose fidelis nobis dilecte. Misimus F tue citationes nostras super homicidas capitaneatus F tue conscriptas, quos nobis F tua detulit. Mandamus itaq; illi, vt singulos citaret, ac relationes ministerialium de citationibus eis datis factas, vna cum obmuneribus capitum occisorum, conuencionibusq; et transactionibus occasione eorundem tam vnius, quam amicabilis compositionis medio factas, nobis hic conscriptas nostigatori meo mittat, vt habeat quo propositiones suas verificet. Factum[a] F tua pro debito officij sui et gratia mea. Datum Vilne die xij[a] F[e]. beate[e] Anno domi M°. D°. L°. v°. Regni vestri nici anno xxv°.

Ad mandatum Sa
cre M:R: propriam

Ad capitaneos qui homicidas non detulerunt

Sigismundus Augustus etc:

Tuerose fidelis nobis dilecte. Efficere volentes. vt homicidia iam tandem aliquando in Regno meo sisti possit: Mandauerammus ſ tuæ, vt homicidas omnes capitaneatus tui, quicumq; poenam tuereis pro capitibus occisis non extimuerunt, nobis deferret, quod ſ: tuam huenusq; non fecisse miramur, et moleste ferimus. Mandamus itaq; iterum illi habere omnino volentes, vt homicidas omnes capitaneatus tui, tam eos qui vel vitio, vel amicabilis compositionis medio causas suas transegerunt, quàm qui actiones intentatas habent nobis differat, obductiones etiam conviccionum, testimonia, et alia notoria de capitibus occisorum ex actis tam terrestribus quàm Castrensibus extracta in forma authentica nostro Gatori meo mittat vt habeat quo propositiones suas verificare possit. Factum ſ tuæ pro debito officij sui et gratia mea data Vilnæ die et anno quibus supra.

Ad mandatum sacræ M: R: propriam ſ

Ad officiales

Sigismundus Augustus etc:

Tuerose fidelis dilecte. Inotuit nunmo generalem Regni

comentum Liethrkemie ad diem Lune post dominicam Condu:
ctus Lasche celebrandum, exigentibus id varijs, et arduis ne:
gocijs, ante Jume vero celebrabitur more solito comentus
particularis in Breda ad diem Jouis post dominicam oculi,
et generalis terrestris in Kolo ad diem martis post latare.
Mandamus itaqz f tua, vt ad eum ipsum particularem co:
mentum se conferat, atqz ibi cum alijs paribus nuncios gra:
ues, probos, et prudentes viros, ad generalem comentum
cum plena, et non limitata potestate mittendos deligat. fa:
ciet f: tua pro fide sua, et gratia mea. Datum Vilne die vij^a
Februarij. Anno domini M°. D°. L°. V°. Regni vero mei
anno XXV°.

Ad mandatum sacre
M. R. proprium

Ad Nobilitatem

Sigismundus Augustus etc:

Nobilis fidelis dilecte. Notitiam damus generalem Regni comen:
tum Liethrkemie ad diem Lune post dominicam Conductus
Lasche celebrandum, exigentibus id varijs, et arduis ne:
gocijs. Ante Jume vero celebrabitur more solito comentus
particularis in Breda ad diem Jouis post dominicam
oculi, et generalis terrestris in Kolo ad diem Martis
post dominicam latare. Mandamus itaqz f tua, vt
ad eum ipsum particularem comentum se conferat atqz
ibi cum alijs paribus nuncios graues, probos, et pruden:
tes viros ad generalem comentum cum plena, et non li:
mitata potestate mittendos deligat. faciet f tua pro fide sua
et gratia mea. Dat Vilne die et anno quibus supra.

Ad mandatum S. M. R.
proprium

Instructio ad conuentus particulares.

QAcra mtas Regia dominus noster clementissimus, toto eo tempore, posteaquam ad hums Regni gubernacula accessit, id vnum egit maxime, in eoq totam curam, et cogitationem posuit vt Respublica domi quidem recto, et legittimo ordine administraret, foris autem contra omnes quorumuis hostium impetus, certis, et firmis praesidijs munita et tuta esse posset.

Quia de re, quoniam praeter publica Regni Comitia, solida atq vtiles deliberationes haberi non possunt: non neglexit vnquam mtas ims sacra, etiamsi multa, graues interuenirent causa, quae alium facile ab eo auocarent, publicos ordinum Regni conuentus celebrare, et in eis agendis multum operae et curae, non sine maximis impensis publica Regni sui vtilitatis procurandae studio consumere.

Etsi autem ea cura, et sollicitudo sacrae mtis Regiae optatos adhuc successus non habuerit: quoniam tamen caput se esse Reipublica Regni hums, a qua se seiungere non mlt, regnumq sibi publica populorum suorum salutis causa diminutus obligisse non ignorat, non putauit etiam nunc aliquid de ea cura, et sollicitudine quam de Reipublica salute gerit, remittendum esse.

Quamobrem licet magnis Lituania onerata, multis mstis de causis praesentiam s M Regiae requireret, praesertim autem, quod finis inducierum, quae cum Mo-

sedo pacta fuerunt, imminente, ea simul pericula qua hostes adferre solent, imminere videntur: rationes tamen Regni publico Regni edicendo cogitationem non remisit, quem iam multo antea edixisset, nisi illi comitiorum Litua: motorum exitus necessario fuisset expectandus.

In Comitijs enim Regni Cracouiæ proxime habitis, ordinis equestris nuncij, dicti et alias antea sæpius, magnum Ducatum Lituaniæ cum Regno Poloniæ vnire, et coniungi, ad idq; conficiendum communem comentum edici petentibus & eius vtas respondisset, non posse se quidem sine ordinum Lithuaniæ consensu eiusmodi comentum edicere. Velle tamen Lithuanica comitia edicere, ad quæ ex Regno Poloniæ nuncij de communi comento cum Lithuaniæ ordinibus adsuri mitterentur. Vti quidem in Comitijs Lublinensibus Cantæ quæ post comentum Cracouiæ celebratum comentus in Lituania propter grauem pestis ætatem agi non potuit) nuncij ad comitia Lituanica profectum, fuerunt designati. quæ quum certis de causis celerius quam ad diem dnio Martino sacrum edici nõ potuissent: ne de tempore quidem Comitijs Regni prætinendo & in Regia, quicquam antea potuit statuere, quam à Lituanis de comento communi datum esset responsum.

Postea quam vero ordines Lituaniæ respondissent, ea quidem comentum ad quem mittarentur, vtrisq; populis necessarium vtilemq; putare, et tanq; debitum negare nec velle nec debere, immo vt haberetur summa omnes alacritate assentiri: Sed tamen hoc tempore propter apertas ducis Moscouiæ inimicitias, qui anteq;

indicarem tempus elabatur ab iuuenis referendis nō
solet abstinere, communicē cum Regni ordinibus nō posse.
Vt primum autem cum Moscho aut debellatum, aut pa-
cificis quibuspiam conditionibus fuerit constituta al aū
animo commentuos esse, eamq; rem literis etiam promit:
tere, et confirmare paratos esse.

Ex quo respondo, quum S M Regia communicem Regni
et Lithuania ordinum consentium agi hoc tempore non
posse intellexisset, simulq; et de constituenda in regno
domestica tranquillitatis ratione, et de periculis, quae fore
imminent arcendis atq; propulsandis consilium capi
oportere videret. Quamuis hoc anni tempus iam sit, prod
rebus gerendis, quam consultationibus aptius est, Co:
mitia tamen sibi edicenda putauit, famq; Quod fecit
et fanstum sit) ad diem Lunae post dominicam Con:
ductus Lasciae Liothuaniae habenda edixit.

Quanta autem, et quam multa pericula Regno undiq;
immineant, ipsas po: testeas nemine admonente a:
nimaduertere, iam potuis oculis cernere S M Regiā no
dubitat. iam enim Turcica flamma, quibus vicina no:
bis ardet Vngaria, ex Polonia regni finibus exemuntur.
Jam Turca inter Sarepsienses ciuitates libere vagan:
tur, iam ille nuncius, qui regnum hoc magna ex parte
metuebat prostratus. Polonorum ac hoc nostrā Christiā:
tatis propugnaculum corruit. Jam Vngariae regnū
propemodum totum in vim Turcarum ditionemq; con:
cessit, neq; aliud quicquam in Vngaria salui videtur
superesse, quam a quo se adhuc ipse una sponte Tur:
carum Caesari contineat.

Qui etiamsi adhuc foedus cum sacra Aete Regia

istum dei beneficio mmqꝫ violaret: Vetus tamen est, neqꝫ temere nata omnium passim hominum de ea natione opinio, vt indneijs Turcicis fidendum proreus esse negent. quæ si sint fræna maximè prudentiæ tamen esset omnibus pacis et oeij tempore, de bello vel sustinendo, vel inferendo potius cogitare, quam tum demum, quum vrgent pericula, cogitationemqꝫ non admittunt, de tuenda Reipublicæ salute consultare.

Neqꝫ verò ab ea solum Regni parte periculum adesse videtur, nam nec illa satis tuta esse videtur, quæ cæteris et Valachis vicina est. quæ ne hoc quidem pacis tempore Turcico foedere et donatiuo Tartaris dato à tenibus incursionibus Tartaricis satis tuta sit.

Jam quæ de conatibus Marianorum ordinis Magistri quotidie ad ꝟ M Regiam perferuntur, ea neqnaqꝫ contemnenda videntur, eorum aduentus fama proxima æstate nõ potuit impacatis gentibus non esse.

Ducatui etiam Lithuaniæ, cuius rationes, maiores do: vestrarum pro suis ducere solitos non ignotum est, Moschus potens hostis imminet, qui cum intoleranda quadam superbia inflatus, nullas honestas pacis conditiones admittat, eo res redit, vt sacra ꝟ R bello se ditionemqꝫ tueri contra illum habeat necesse. contra cuius vim ordines Ducatus Lithuaniæ auxilia à do: vestris per nuncios suos petitum sint.

Cum autem intelligat sacra eius M: hæc et alia quæ imminent Regno pericula, quo propiora sint, hoc certius sccum nisi illis maturo consilio tempori occurratur discrimen fore, commemorare ea die volui, non quod ea animadues:

tere

Do: vestras ipsas per se non existimet, sed ut dum no-
bis pax et otium Dei beneficio obtigit, eam rationem inca-
mus, quemadmodum tot et tanta pericula si non procu-
rus propulsare, saltem honeste enstimare valeamus. Qua-
nis et repelli ac propulsari ea posse sacra M.R. seo cle-
menter nos adiuvante planè confidit, si Do: vrarum stu-
dium quod in maioribus illarum summum semper fuit,
conatibus sacra M Regia quos ad conservandum Regnum
hoc intendit, non defuerit.

Ac non ignorat sacra M.R. quid Reipublicæ hac in par-
te debeat, idq; præstare semper quoad eius fieri potuit
maximè parata est, Do: vestra vicissim quid debeant
probè cognitum habent, sed contra tantam, tam mul-
torum hostium vim, maiori vigilantia, et apparatu, atq;
adeo potentia etiam maiori opus esse intelligit.

Nollet quidem sacra M.R. quicquam Do: vestris, quod
ferre non debeant, oneris imponere, scit enim se Domi-
nibus liberis ipsorum voluntate et consensu secundum
leges imperare: sed ipsa non ignorant apud omnes po-
pulos necessitatem in consultationibus de Republica
plurimum valuisse, libertatemq; et legibus prudenter ad
conservandam non ad enervandam Rempublicam vos
esse, possequ etiam salua libertate manente et legibus
in Republica, ea Dominum consensu corrigi, et consti-
tui, quæ ad salutem illius pertinere videbuntur.

Maiores Do: vestrarum licet Turca potens, et ferus hosti
multò olim ab illis longius abfuerit: consilium tamen
sibi de reprimenda, et propulsanda vi eius si quando Re-

gnum hoc adoriri volimus, et, capiendum, ac aliam contra en
belli gerendi rationem gnam contra vicinos populos cum qui
bus bella gerebant, querendam putarent, vt antiquioribus u:
qua aremorum illius fremitum iam audiant, atq; ipsum
propemodum oculis cernant, non querent eam rationem,
qua et vim illius reprimant, et religionem, ac sacra,
vitea libertatem, gnamq;, et vxorum ac liberorum gnos
salutem integram retinuant.

Sed non id solum do: vestris curea esse debet, vt ad ma:
iorem hostium vim vel fortiter et strenue celeriterq; re:
pellendam, vel sine periculo gnstrinendam, iam nunc, dum
per tempus licet probe munita et parata, ab omnibusq;
necessariis rebus instructa sint: Verum etiam, vt fi
nibus Regni ita prospiciatur, ne quod illis leniorum do:
strinum incursiones damnum dare possint, idq; eo etiã
magis prouidendum est, quod iam fines Regni ab Vngaria
non magis tuti sint quam Russia a scythis fuerit, in
qnibus si nulla erunt praesidia, metuendum est, ne
idem nobis eveniat, quod anno superiori in Vngaria acci
dit, vbi parua manus hostilis non modo per viscera Regni
impune grassata est, sed arces etiam plurasq; occu:
pauit.

Sacra quidem Mtas Regia non deerit officio suo, sed
si maxime vellet, tantis sumptibus, quos Reipub: ne
cessitas exposcit, par esse non potest.

Sed quia veteri proverbio frustra sunt arma foris, nisi sit
consilium domi, neq; vlla tanta unquam potentia, vlli

tanti apparatus, quibus nisi deus adiutor accedat, vel le-
uissimus hostis euperari reprimiq possit: Ideo Sacra
M R in eam curam incumbere cogitat, vt quæ rectam Reipub:
administrationem perturbant, ea tollantur, ac omnia ad
legitimum ignum, et statutorum præscriptum reuocentur.
Illud autem imprimis curare, efficereq in animo ha-
bet, vt, quæ deum opt: max: nobis iratum infensumq
reddunt, ea primo quoq tempore extinguantur.

Quorum illud maxime est perniciosum, quod tanta
religionis dissensio, tot inauditæ sectæ in Regno eua:
scantur, quas summa licentia, sacrorum profanatio,
legum, magistratuumq contemptus consecutus est.

Hinc vero nata violentiæ, rapinæ, cædes, parricidia,
periuria, aliaq plurima maioribus olim nris incogni
ta inauditaq facinora, quibus et ira dei prouocatur
Quæ satis inde apparet, quod toto hoc tempore omes
conatus et consilia ad salutem publicam instituta,
vana ac irrita fuerunt) et odia intestina discordiæq
oriuntur, quæ certum interitum, qui discordia o-
mes est, secum afferunt.

Tametsi autem mala hæc tam late serpserunt, tamq
alte in ipsis Reipublicæ visceribus radices egerunt
vt sine magno negotio, et difficultate euelli, tolliq posse
non videantur: tamen, quum Sacra M Regia illis stu-
dijs, rempublicam stare non posse intelligat, totum a-
nimum, cogitationem, curam, operamq in eis do: ve-
strarum voluntate, et consilio senatorum extinguendis po-
nere constituit.

Quia vero insta lachryma assiduaq; dominum iniuria affectorum querimonia, non minus quam qua adhuc emmenata sunt, vindictam diuinam excitant, et accersunt, et interim dum sacra q.m. R. belli ventea quodcum gerendi in Lithuaniam auocata, ab Regno abesse cogetur, multo maiores, frequentioresq; fortunæ esse videantur, præcertim quod tametsi principium belli facile sciatur, tamen exitus, vt certa fortuna, ita certum tempus assignari non possit. Ideo vellet sacra M.R, interea dum ipsa tam insta de causa ab Regno forte aberit, indicierum aliquam rationem inveniri, ne controversiæ, sacra M.R. in Poloniam reditum indirempta necesse habeant expectare.

Ac non ignorat quidem sacra M.R. sui officij esse indicia exercere, legitimi suorum hominum controversias dirimere, nis quoties postulatum dicere, neq; debitum, et propemum sui muneris laborem subterfugere mlt: sed quia inter arma, leges et indicia silere necesse sit, neq; fieri possit, vt tum quum ad bellum ventum erit, indices Sacra M.R. etiamsi maxime velit præsideat, præsertim quod cum eo hoste res erit, qui vt etiam hyemis tempore quod indicijs est accommodum dictiones nris sui sacra invadere consuevit, ita vbi abesse nrem eius indicium causa intellexerit, sibi eo ipso ad eam gerendam occasionem præberi arbitrabitur.

Quodsi forte vnius anni (quod absit) intermissum intercederet: tantus causarum et litium numerus sine dubio excresceret, vt difficillima et propemodum desperata earum esset futura dirimptio.

Omnem sacra Mtas Regia ꝯ aliisq; deinceps Comitiis dili-
gentiam ni indiciis legitimis, atq; accuratis exercendis
